Episcopus Posnaniensis

Czarkowski Michał

Varsaviensis Coll. S. J. Meridies gratiarum

# MERIDIES
# GRATIARUM

Inter definitas Apostolico numero,
AC
JOANNIS Nomine gratiosis duodecim Posnaniensibus Præsulibus destinatas horas,
*Horâ* XII, *quatuor sæculis æmulæ diei* (*a*)
à J O A N N E XII.
*Jllustrissimo, Excellentissimo, ac Reverendissimo*
*Domino, Domino*

# IOANNE

Comite in Czekarzewice

# TARŁO

Episcopo Posnaniensi,
In Polo Poloniæ

## ACCENSUS,

Atquè sub fortunatissimũ ingressum in Præsuleã
Basilicæ Gratiarum Cathedram,
Avitæ ASCIÆ Splendoribus

## AUCTIOR

*A Devinctissima Pontificio Nomini Soc: JESU*
*Collegij Varsaviensis,*
Orbis Oculis

## PROPOSITUS

Anno ab accenso Orbi Meridie in primo exortu Solis Justitiæ 1723.

Typis Collegij Varsaviensis Societatis JESU.

(*a*) *á quatuor Sæculis Joãnis Nomine insigniti Præsules, Posnan: ornãt Insulã*

# IN AVITUM STEMMA
## *Illustrissimæ Domûs Tarłonianæ*
Quod
*n*VLL*a* V*nq*V*a*M DeL*eb*I*t ob*LIVI*o*
*Esther.* 9. *v.* 28.





*Sat p*L*a*CID*o n*V*per r*ID*ebant s*ID*era* VVL*t*V
Lætaque ſunt blandos ducere viſa choros.
Nôrant namque Polo promittat gaudia quãta,
G*a*VDI*a q*V*ãta s*VI*s po*LLIC*eat*V*r a*M*or* (b)
Cunctorum Præſul, nam Præſulis ASCIA confert
Prima jubar Cælis, Arma ſecunda ſolo.

*(a) Barlæus parte 2da l. 1. Eleg. 2. (b) Hugo l. 3. ſupra illud: Dilectus meus &c.*

# Illustrissime ac Reverendissime
# ANTISTES

*TEnebrescerent in noctem doloris nostrorum lumina oculorum, si in diem lætitiæ,* ad Meridiem Gratiarum, *non Lucescerent, quê in Zodiaco JOANNIS Nomine insignitorum, duodecim Posnaniensium Præsulum JOANNES duodecimus hodie accendis. Difficilè esset mæroris noctibus non committere pupillam, in Magni Ecclesiæ ac Patriæ Luminaris occasu (Illustrissimum PETRUM Antecessorem Tuum loquimur) nisi* Gratiarum Meridiem *á Tuis ardescêtem fulgoribus, occiduo Soli, seu translato potiùs inter* Cæli Sidera *sereno, substitueres. Incongruum proinde est tristitiæ ærumnis palpebras inumbrare, ubi primæ lucis radijs* Meridiani *splendoris invehis majestatem. Dies quatuor sæculis coæqualis agitur* (a) *quo duodecim JOANNIS* Nomine *Gratiosi Posnanienses Præsules, in Polo Poloniæ accendunt*



(a) *à quatuor sæculis JOANNIS Nomine decorati Præsules, Posnanienses Infulas decorant.*

*Zodiacum, cujus, si duodecim horæ, duodenario Antistitum correspondent numero, Tu Præsul Illustrissime duodecimam sortiris horam, ac in ea accendis* Meridiē *á JOANNIS nomine derivatarum* Gratiarum. *Quantum verò Tuo* meridie *Sarmatiæ invehas Apricum, in primo hujus diei elucescit crepusculo, JOANNE nimirum primo Posnaniensi Antistite de Familia ŁODZIARUM, qui sideribus Virtutum, ac meritorum radiatus, licèt Solis prælucere videbatur Parelijs, vix prodromos tamen tuæ Lucis accendit radios. Quod si á Luminaribus reliquorum hujus Nominis* Præsulum *( qui hunc continuato sereno augebant diem) reflexâ pupillâ, ad JOANNEM undecimum proximum ejusdem Nominis Antecessorem Tuū,* ante-meridiani *jubaris Auctorem convertamus obtutus, serenioribus Sole admirabimur eum Luminibus radiâsse. Præluxit hic Antistes* de *Illustrissima WĘZYKORUM Prosapia, Polono ad spectaculum orbi, proximè accensur9* meridiem, *nisi tantummodo Præcursorem Tui cum* meridiana *Luce exortus Magnum hunc JOANNEM Cœlites destinâssent. Metire Illustrissime Præsul, quanta Tuis splendoribus sit concessa prærogativa? Nam qui Tuum hunc in Posnaniensi Polo nonpotuit accendere* meridiem, *in Polo Gnesnensi accendit, de JOANNE undecimo Posnaniensi Antistite, IOANNES XII Gnesnensis Archi-Præsul in orbis Sarmatici specula refulgens. Tibi hæc debebatur fortuna Illustrissime, ut ibi etiam Solē*

*age-*

*ageres, Avitâ ASCIA Lucis serenitatem geminante intendens* meridiē, *ubi Sol Regni suum designavit solstitium. Non patitur Polus duos Soles, Poloniæ id concessum privilegium, ut tot ei præluceant Cynthij, quot in Sarmatiæ horisonte refulgetis TARŁONES. Hoc judicium meruistis Poli, Magna Poloniæ Luminaria, cùm quondā uno in Terris extincto TARŁONE* (b) *necesse fuit trinum in Cœlis accendi Solem, terrarum reaccensurum serenitatem. Porrexistis Olympo solidum judicij fundamentum, cùm rectefactorum serenum ad solis viciniam promoventes, ejus gemināstis fulgores. Veritas subscribit dictis, consignat Astræa, ubi vel unius Illustrissimi nostri Antistitis pleno radiata* meridie *decora, in adoratricis pupillæ hodie veniunt objectum, seu ubi summis pensanda titulis rectefacta, in* Poloni *orbis proponuntur adorationem. Concurrunt serenatis in gaudia animis in horum decorum cultum Senatus, populusq; Polonus, ut sui honoris augeant pompam, cùm Illustrissimi Antistitis deserviunt gloriæ. Attollunt universi in spectaculum capita, ut desideratissimi* Pastoris *profundiùs adorent celsitudinem. Lætantur in Pontificio solio considere JOANNEM,* quo nemo surrexit major, *ut ad tanti Præsulis eminentiam suæ fortunæ metiantur magnitudinem. Exultat demum gloriabunda de tanta accessione fortunæ Varsavia, Syrenemq; suam in candidos animat applausus, ubi Apostolicum* Gratia-

B

(b) *Mortuo Paulo Tarłone Archiepiscopo Leopoliensi tres Soles apparuerunt. Testantur hoc vitæ Archiepiscoporum Leopoliensium.*

tiarum *numerum ſortitur, Te JOANNEM duodecimum in* Domo *JOANNIS ſuum adorans Paſtorem. Accurrit quinimò ad tantum magnitudinis Tuæ, ſuæ verò proſperitatis ſpectaculū integrū in cordis ſui compendio Regnū. Adeſt ſpectatrix è Regum penetralibus Sereniſſimi AUGUSTI ſecundi Majeſtas, comitatur Senatus, Equeſtris cingit Ordo; populorum confertiſſima ſubſequitur pompa; inter quos Minima etiam Societas IESU, ut Tuæ ſit ſpectatrix celſitudinis, in ſuæ convallem deſcendit humilitatis, magnitudinis Tuæ mēſuram, á ſua deſumens exiguitate, quâ infra Pontificium Pedum ac Prœſuleas plantas decreſcit. Accurrimus totius Minimæ Societatis Epitome, Collegij Varſavienſis locati in ſtatione, minimi ſocij IESU, & dum attoniti ad Tui honoris ſubſiſtimus ſpectaculum, ſic immoti Tuæ gloriæ Illuſtriſſime Prœſul agimus monumenta: Ne tamen infra Memnonis deſcendamus fortunam, ab Avitæ ASCIÆ ſideribus circumfuſi, voces levamus in applauſum, quatenus in cunctorū plauſibus, nos ſoli ſilentio non delinquamus. Quantumvis verò defixi ad ſtuporem, vivos Tibi erigamus obeliſcos, Tu tamen Prœſul deſideratiſſime, id efficis, ut ad Gratiæ thronum glorioſâ pompâ procedens, totumq; Tecum gloriæ deducens apparatum, etiam fixa Tui honoris monumēta pertrahas in ſequelam. Feſtinamus proinde celeri paſſu, ut quam metuimus, ne nos aſſequatur, niſi Te ſeqvamur, effugiamus ingratitudinem. Quod ſi Tuo ſpiritu in vivos*

*ani-*

*animati Oratores, Nostri applausus sint magis placituri, pullatas in vices Umbræ, Tua secuturas luminaria dabimus cohortes, ac in obsequioso primùm stabimus procinctu, ut Te vel á longè comitemur. Non poteris Religiosorum prohibere oculis, quin Te sequendi liberiorem dent sibi licentiam, non poteris cordibus, quin Te tacitis ad amoris Regnum in suis penetralibus invitent votis: Et licèt Tua id facias magnitudine, ne Te capere minimi Socij JESU cordibus possimus, ne velimus, non efficies. Præluxit Tuo* Meridiei *JOANNES AMOR Comes in TARNOW TARNOWSKI Posnaniensis Antistes, inter JOANNIS Nomine Magnos Præsules, decim9. Tu hodie verior JOANNES AMOR Comes in Czekarzewice TARŁO Posnaniensis Præsul, Avitæ ASCIÆ Tuæ sereno perfectum accendis* Meridiem, *ipse verò ad cor nostrum, in quo Amoris solium est, invitaris, & in ejus deducendus Coloniam AMOR IOANNES expectaris, in quo tamdiu vivas, quamdiu superstites Lojolanæ militiæ Asseclæ in Tui cultum vigilabunt! (vigilabunt verò diu, quibus pro integris ætatibus stipendia* Gratiarum *providisti) donec omnes attollas curules, ornes purpuras, prehendas fasces. Serena per immensas ætates Sarmatiæ Regionem, ut Te non tantùm à paludatæ Titane lucis sideribus, verùm etiam & á splendorum diuturnitate solē Poloniæ omnes ætates recognoscant. Et quia Te, Præsul Illustrissime, nescium occasûs Cynthium, semper coruscantium Virtu-*

*tum luminaria, declarârunt, diem longissimum accendas Poloniæ, qui alioquin non potest esse, nisi sæculis coæqualis, in tanto siderum nitore, quantum accendisti Avitâ ASCIA Poli sideribus concolore* Meridiem *ferens* GRATIARUM.

## Ita precatur.

**Illustrissimo Nomini ac Honori Tuo devinctissimum Collegium Varsaviense Societatis JESU.**

# PANEGYRICUS

SEcundâ Te hodie, primâ jam olim investitum, Serenissimus AUGUSTUS Secundus exornat Purpurâ utrâq; Te induit magnorum præmiatrice meritorũ, utrâq; tamen Tuis impari rectefactis. JLLUSTRISSIME ANTISTES. Modestiæ Tuæ indulgendũ censebat, cúm non posset summis decoribus per suppares Honorum titulos respondere. Primam ab Augusto solio Serenissimi AUGUSTI II accepisti Purpuram, magnis destinatam Honorijs, si spectes illam, strictam tamen, si ad Tui nominis & rectefactorum attendas amplitudinem. Hac paludatus Kijoviensem ingressus es Cathedram, Sortes MATHIÆ Jllustrissimi Prædecessoris Tui, in Avito ARCEMBERSCIORUM Abaco collecturus, quæ Te citò, tacito Suffragio, ad altissima quæquæ destinarent. Salutatus es Kijoviensis Præsul, viva Virtutum Idea ad Sarmatiæ Regum sepulchra, in coæva Polo Poloniæ Craci Metropo. li, Divinissimi Archi-Præsulis ADALBERTI die, Præsuleas in Te dotes animans ADALBERTI. Stetisti ad jacentium in mortalitatis pulvere Sarmatiæ Regum Coronas, Regnatorum Diademate

coronandum Cracoviam importaturus caput, nisi Sanctiori illud Stephanomati reservâsses. Ingressus es Academicis stratam laureis viam, quarum illæ in altius fastigium surrecturæ videbantur, quæ Præsulei pedibus calcari meruissent. Effulsisti Sol Pontificum ad Cracoviensis *Aquilæ* spectaculum, in Præsuleæ Dignitatis exortu accendens *meridiem*, & quia eum voluisti esse perenaturum, Avitæ ASCIÆ fulgoribus ejus geminâsti serenum. Didicit á Te protunc scientiarum universitas, etiam unius ambitu capitis eā concludi posse sapientiæ Majestatē, quæ sese per spatiosa Academiæ Collegia ampliabat. Docta est provido Magisterio suarum Academiarum Mater, se vix Filiam posse nominari, si suam scientiam, per intervalla ætatum succrescentem, cum congenitæ Jllustrissimo Præsuli sapientiæ conferret maturitate. Quod si morum etiam spectare attentiùs voluisset Sanctitatem, Sapientiæ colligatam, Divinissimum JOANNEM CANTIUM Jllustrissimū credidisset JOANNEM, nisi quam in CANTIO Epomidatam tantummodo nôsset, in Jllustrissimo Antistite Infulatam insuper virtutem & scientiam spectâsset. Minimè tamen indiguisset de erroneo edoceri judicio Scientiarum Universitas, si aut alterum JOANNEM CANTIUM in Jllustrissimo JOANNE perennare, aut eundem redivivū esse docuisset: adeo scilicet, quam in nomine portat, virtutibus exæquavit, quinimo superavit magnitudinem! Si tamen ad Infulatas & Senatorio purpuratas Murice respexisset Virtutes ille Doctorum Almæ Academiæ Senatus, alterum sine argumentorum conflictu conclusisset esse STA-
NI-

NISLAUM. Spectavit in hoc decorum versatum theatro Serenissimus AUGUSTUS Sol Sarmatiæ, & solis ingenio videre non poterat, quin orbi proderet in secunda olim Purpura adorandū: Regnatricem erigere non potuit pupillam, quin aliàs Cœli pertingentem ad confinia altiùs attolleret JOANNEM. Ita scilicet quas Boleslaus in Præsule oderat STANISLAO, easdem in Jllustrissimo JOANNE Virtutes optimorum Regum norma Serenissimus dilexit AUGUSTUS, & dilectas effecit in Tiara gemmis distincta candidas, in Purpura rubicundas, electasq; ex millibus orbi hodie dedit ad spectaculum, Posnaniensi Tiara Infulatas. Regum scilicet vicinam Coronis in Varsaviensi Cathedra Posnaniensem Tibi imponit Infulā, ne quid aut suo aut Tuo nomine Jllustrissime Joannes minus sentire videatur. Diu fugisti Præsul mille dignissime titulis pedissequo Te vestigantes gressu Honores, dum admissionem præstolantibus dignitatibus, in modestiæ Tuæ perstitisti statione, effugere tamen citra Tuarum injuriam Virtutum non valebas, ne quæ Tuo Capiti mille Infulas (si voluisses) imponendas, porrexêre, eas ad commutativæ Justitiæ attentus æquilibrium, non sineres esse Infulatas. Ita fugisti tamen, ut evadere non posses, dum pedissequas Tecum deduxisti virtutes, quæ, cùm latere velles, Te Senatorio Murice dignum prodidêre. Si etiam latere potuisti vel exinde, quòd ubicunq; gloriosum fixisses passum, decorum & Avitæ ASCIÆ sideribus *Meridiem* accendisti. Cùm jam uno murice purpuratꝰ effugere secundū voluisti, priusquā secundā indueres Purpurā, jā eâ es investitus:

nam ruboris es coloratus purpurisso, quasi non optimè Tuæ consuluisses modestiæ, dum eam infulis passus es coronari. Frustra Honoris evitare tentâsti perspicaciam, quem effugere minimè poteras, nisi Te ipsum effugisses, nisi scilicet congenitas Tibi relinquens Virtutes, in alterum á Temetipso, Magne JOANNES, evasisses. Quod quia nec posse voluisti, nec velle potuisti, in cassū præcipitabas ad Modestiæ declivia perfugium, omni in montes tumescente convalle (ut appareres) quemcunq; glorioso pressisses calcaneo. Publica insuper fuisti Virtutum Echo ab æternis refracta collibus, seu ipsa vocalis Virtus & vox clamantis JOANNES: non poteras proinde ita tacitus latere, ut honor non sumeret Virtutum in Te residentiū documentū, quoties in oraculi vices verba profundebas. Eadem Virtutū audiebantur voces, quæ Tuæ, ita arcta cum ijs fædera inivisti! in hoc uno non nisi Virtutum injurius amicitiæ, quòd dum illæ loquuntur de Te, Tu Præsul Jllustrissime, Modestia præscribente silentij leges de illis taces. Unum superesse arbitrabamur, quo Honoris eludere posses sagaciam, si nimirum JOANNEM agens SILENTIARIUM, facundã alioquin in tua præconia Virtutem, Tacitum agere cogeres, ut quæ scilicet te loquente nunquam tacet, te silente conticesceret, nec proderet merita, quæ Honor inquirit coronanda. Ast ubi in tuarum dotum profundiorem venimus contemplationem, aberrâsse nos cogimur confiteri, non audiri namq; non potes, etiam cùm taces: sonat in auribus cunctorum vox tua, etiam cùm silere decrevisti: dum enim totus ad legem præscripti á

Mo-

modeſtia Tua ſilentij compoſitus appares, magna pars Tui loquitur. Nam quantumvis non commodas lingvam vocibus, negare non potes oculos, per quos modeſtia peroret ad ædificationem, frontem, per quam manſvetudo loquatur ad delicias Populi, ſupercilium, per quod moderatio enuntiet ſenſa ad univerſorum illicium, vultum, per quem pietas formet ſententiam, ad omnium Virtutum documentum. Et licèt colligatæ modeſtiæ Tuæ Virtutes eidem connivere voluiſſent nomen Te IOANNIS in honoris locandũ ſpecula prodidiſset, quod Te ſupra aliorũ celſitudinem fecit eminere. Illud nimirum geris nomen, quod Pontificia Triregna, Archi præſuleas Cruces, Præſuleas Tiaras Sanctiſſimã docuit ambitionem. Nulla namq; nomina á Sacratioribus ſolijs exambiuntur magìs, ut ornent ea, expetuntur, ut attollant, quàm IOANNIS, ac ſi eminere ſupra reliquorum Honorum non poſſent Majeſtatem, niſi is conſideret in illis, quo non ſurrexit major. Legimus IOANNIS inſignes nomine in Vaticana conſignatos Petra ac Pontificio coronatos Triregno XXIV, in Gneſnenſi Aquilarum nido orbis natos amoribus Archipræſules XIV, Cracovienſi ad perennitatem commendatos Rupellæ Antiſtites XII, Poſnanienſi verò inaratos Petræ, cum Illuſtriſſimo hodierno IOANNE, Præſules XII recenſemus. Ita nullius nomine ſæpius Sacrum aſſurgit ſolium, quàm IOANNIS, per quod innoteſcat orbi, non dum ad ſummam pervenire thronos celſitudinem, niſi crebrò conſiſtant ſub illo, quo nemo ſurrexit eminentior. In eo Præſul Jlluſtriſſime, quem imples hodie numero, facile

cilè occurrit, quod in Tuæ ac noſtræ ſortis cum aliorum collatione emineat, cùm eum ad præſens comples numerum, quem Apoſtolica Numina concluſêre, nec deficiente duodenarij complemento, ne quid magno impar nomini contingat, nec excedente Apoſtolicum computum additamento, ne quæ vel innoxia ſpecies exceſſûs apparere videatur. Luxit *Gratiarum Meridies* in Gneſnenſi, ac Cracovienſi Polo, in utroq; cùm JOANNE XII extinctus; aſt Tuus per æternitatẽ arſuris luminaribus accenditur: Veſtræ nimirum Domûs id eſt privilegium, ut quem in primo exortu accenditis *Meridiem*, inextinctis Avitæ ASCIÆ fulgoribus augeatis ad perennitatem. Soli Romæ Antiſtes glorioſiſſime ſuum relinquis primatum, Apoſtolorum computum ad JOANNEM XXIV reaccenſi *Meridiei* Auctorem, geminanti, quæ ut ſit ubiq; Caput, limatiſſimi decreto judicij par eſſe decidiſti. Non deeſt attamen in Te, quo Romanam ſuppleas fortunam, cùm octavus JOANNES TARŁO inter ſeptem Poloniæ Gratianos TARŁONES Sarmaticorũ Purpuratorum Senatui nominis infers magnitudinem. Inter Sandomirienſes nimirum ternos, Lublinenſem ac Smolenſcenſem binos Palatinos, Radomienſem ac Wiſlicenſem totidem Caſtellanos, octavum Senatorum numerum JOANNIS nomine grandeſcentium TARŁONUM Magne JOANNES concludis, qui ex Poloni obſervatione Hiſtoriographi miris eventibus deſervire pronuntiatur. (*a*) Octo numerâſſe palam eſt Purpuratorum ordinem Beatitudines, dum ſupra vulgarem *Gratiarum* computum octo Purpuratæ nominales Gratiæ, in Se-

(*a*) *Juxta Długoſſiũ ad Annũ* 1428 *8vus numer9 miris eventibus deſerviebat.*

Senatu TARŁONUM enutritæ, ad orbis Sarmatici concessæ sunt delicium & ornamentum. De his tacitæ inhærentes cogitationi progredi nō possumus, quin prima terrarum Sarmatiæ, Præsul gratiosissime, occurras beatitudo: adeo, quam votis tantummodo complexi sunt reliqui, Tuam omnium decorum, cunctarum Gratiarum effecisti universitatem. Observavit hoc Serenissimus AUGUSTUS II, suumq; Regnū, quod semper optavit esse felicissimum, beatissimum effecturus, Poloniæ compendium beatitudinis providit cum octavo inter JOANNIS nomine eminentes TARŁONES JOANNE Senatore. Observavit hæc inquam decora justissimo æstimatore oculo, ac veluti suam accusans tarditatem, eas Regias manus Tibi porrigendâ Purpurâ erubescere jussit, quæ Te serò Senatorio Murice induerunt. Ast optimè in Tuæ gloriæ summam laborârunt Serenissimi AUGUSTI curæ, dum Te metiri tunc voluit, postquam universum Sarmatiæ orbem magnitudine decorum implevisti, ne tota titulis inniti magnitudo videretur. Diu quinimo impletâ, per rectefactorum gloriam, Sarmatiâ vacuæ magnitudinem Tuam curules expectârunt, ut ambitio pateret Honorum, qui acri certabant dissidio, cui obtingere deberes in ornamentum, clarèq; elucesceret, nō Majorū in Te, sed propria merita coronari. Judicio tandem decrevit sæculorū Serenissimus AUGUSTUS, quis Tibi cedere Honor, quæ Tuis in Poloniæ Zodiaco sideribus domus debeat designari, daturus documētum Posteritati, toties Poloni orbis climatibus reaccendi *Meridiē*, quoties Jllustrissima Luminaria TARŁONES

in Honorum ſpecula refulgerent. Locavit Te nimirum veluti in Arcitenēte, in PETRI gladio armati (qui Poſnanienſis eſt inſigne Cap.tuli) domo: ſeu (ut clariùs de Tuis loquar luminaribus) ſecundâ Senatoriâ Purpurâ erubeſcere juſſit Tuam Modeſtiam, quæ tādiu in acceptando etiā primo Murice Auguſtiſſimæ Regnatoris menti non reſpondit. Diu cum decantato ſæculorum Heroe Sereniſſimo Regnatore decertâſti, hoc Te uno ſuperavit Sarmatiæ Auguſtiſſimus, quòd Tibi tantos daret Honores, hoc Tu Auguſtiſſimū ſuperâſti, quód omnes Tuæ impares magnitudini acciperes dignitates. Et hoc indicio judicium Te Sæculorum decidiſſet eſſe TARŁONEM, quòd quantocunq; Honorum tituli grandeſcerent incremento, infra Tua conſiſterent merita, niſi palam feciſſes univerſis, etiam á propriorum actorum gloria, eam deſumi amplitudinem, quæ totius Europæ implevit vaſtitatem. Atq, ſic Honori Suffragaturus in creſcendi ſubſidium quæſitus es, cùm ne ipſe creſcere poſſes, ad ſummum deductorum faſtigium decorum celſitudine providiſti. Vix enim natus, jam Virtutibus maturus, nec dum prætextam, jam Purpuras merebaris. Initia primi exortus cum ipſo vitæ confudiſti *Meridie*, atq; dubitare feciſti Sarmatiam, num aliquando inceperis radiare, qui primo ſtatim ſereno perfectum diem accendiſti. Prævertiſti admirationem cunctorum; tunc enim Te mirabantur ſummum fuiſſe, cùm diu jam fuiſſes. Addidiſti Magnæ Proſapiæ maxima decora, ut non ſemel ſummus eſſes, licèt vix infimam ætatis Claſſem ingreſſus. Eloquens Tua videbatur fuiſſe In-

Infantia, & capacissima etiam ipsa ætatis ruditas; intellexisti Virtutes, cũ sui curã cõmẽdarẽt & Tecũ manere præcepisti, cũ se longiùs ire finxerunt in Tui cordis coloniã deducendæ. Præviderunt Te sibi Virtutes Tuæ injurium fore, qui earũ præconia non eras passurus; anticipatis proinde momentis, in suas ivêre panegyres: cana namq; in Te maturitas in propria excurrebat elogia, prædicabat sese prudentia; rara se commendabat modestia, universa demum decora in sua encomia conspirârunt. Non quæsita sunt externa de JOANNE præsagia, sonus Virtutum evulgabat, vox prodebat clamantis, quæ erat JOANNIS, ejus utpote, quo erat minor, quisquis supra homines non potuit eminere. In hoc uno juvenilis ætas se prodebat, quòd occultare nescires decora (nec etiam potuisti) quæ Te tacẽte in tua elogia laborabãt. Crevisti demũ Tuarũ virtutũ decori, virtutũ decor tibi, uterq; Poloniæ: hoc Patriæ debebas, quòd Te sinu susceperit purpurato, hoc Patria debuit Tibi, quod eam auctiori gloriæ ampliaveris proventu. Quantus posthac spectabaris, cùm excolendum literis traderes ingenium, si sapientiæ decidendum esset arbitrio, judicia mirarentur sæculorum. Meritus es ipsius sapientiæ panegyrim, merita est sapientia Tuam, quæ tota Tuo illapsa capiti in Temetipsum se transformatã lætabatur. Hinc scholarum ingressus Athenæum, quod Tuum erat quærere videbaris, dum officij admonuisti scientias, ad congenitum sibi decus Tui capitis festinaturas: quibus tam faciles dedisti aditus, ut jam non discere ea, ad quæ præcelsum erudiebas ingenium, sed meminisse illa videreris, quæ per intervalla temporis effluere potuerunt. In ijs dum stetisti

classibus, quæ ante congenitam Tibi susceptam magnitudinem vocitabantur minores, nomen suum amittere eas còégisti, ut jam jure merito maximæ dici possent, quoties Tuæ magnitudinis præsentiâ grandescebant. Unum primæ ætatis Tuæ memorabo prodigium, dicturus omnia in compendio: cúm non dū protunc posses attolli corpore, animo inter Tuos eminebas coætaneos Virtutūq; celsitudine, ac in Aris cordium colendus locabaris, semper *in officio laudū primæ classis Joannes*: Jam ampliorem magnitudinis Tuæ in scientiarum auge proventum, Tua sublimatum celsitudine Athenæum sperare non potuit, potuit spectare, cùm eam Humanioribus ac Philosophicis exedris intulisses. Siluisset in Oratorijs Rostris reliquorum facundia, argumentandi subtilitas in Philosophicis Cathedris in crassam abivisset ignorantiā, si Tuarum dotum dissimulâssent imitationem. Cúm jam ultra humanas promovisti metas sapientiam, dubium movisses Sarmatiæ, an ea novo magnitudinis accessu posset ampliari, nisi in Te solvendi ambiguitas incidisset, qui efficere Divinam potuisti JOANNES THEOLOGUS. Huic sapientiæ celsitudini, parem eminere voluisti Virtutem, metire quantam? quæ scilicet & terrenam excedat, & cœlestem attingat sublimitatem. Hinc evenit, quód in hoc meritorum positus theatro (licèt non ita Tibi complacebas, ut Tuis per susceptos Honores decoribus blandireris) & Maximis placere potuisti ut Tua coronarent rectefacta, & Maximi Tibi placere voluerunt, ut à Te condiscerent universis placitura. Ad hanc Tuam intentū gloriam Cracoviense Stallum, diu timebat ambitum,

tum, & tamen ambiebat, nam licèt ambitioni metus non deesset, spes tamen adfuit timori, cúm ambitum magnitudo Tua gloriosè, metum Tua Modestia fortissimè propulsaret. Erubescebat à majoribus Purpuris purpuratus alioquin Canonicus Honor, quas Tibi præsagiebat pro festinato merito citó porrigendas, expallescebat simul præ pavore, ne gradum ad eminentiam Canonico stallo subtraheres, quod Tibi submitti omnes cupiebant, ut illud sublimares. Suscepisti Canonici dignitatem sancto ad sublimiores evadendos Honores usurus artificio. Canonico scilicet impedimento innodari voluisti (quod tamen ad Majores Aras angustias viarum laxare natum est) ne primo gressu summum conscenderes fastigium, supra quod jam Tua eminebāt rectefacta. Didicit á Canonicatûs Honore gloriosa capacitate ambiendi artem Archidiaconatus Cracoviensis Prælatura, Teq; suis expetivit subsellijs in ornamentum, & ut humano præferretur fastigio, humanas excedente metas decorum Tuorum crevit magnitudine. Est sua etiam Honoribus ambitio, ad sangvinem certare videntur, cùm sæpe in Purpuras rubescunt. Confunduntur non raró acri conflictu Sceptra Sceptris, Tiaræ Tiaris, Curules Curulibus, ut suum distingvant Honorium. Hinc descenderunt in certamen bini Cracoviensis Capituli Honores, Te unum sibi partituri, qui dividere in plures potuisti magnitudinē nec minuere: omnibus namq; Dignitatibus sufficiebas attollendis, Tibi nulla, utpote altissimorum Honorum apicem supergresso. Favisti decertantis cum Canonicatu Archidiaconatûs votis, non quód Mo-

destiæ Tuæ velles, sed quòd nolles facere injuriam desiderijs secundæ Dignitatis. Acceptâsti hanc, quam recusare non erat liberum, dignitatẽ; nam cùm eam Tua, sublimâsti magnitudine, vel nollens Tuam effecisti. Sublimâsse Te Archidiaconatus Honorem, etiam antequam ejus Purpuræ commodâsses humeros, is non videt, qui clausit oculos ad gloriæ fastigium, ad quod celsissimum Cracoviense Capitulum provexisti. Quãtus eras, metire Te Antistes Jllustrissime, qui etiam celsissima commodè attollere potuisti. Tuâ sibi concessâ secura gloriâ Archidiaconatus Cracoviensis Prælatura, gloriosa Te induxit fraude, ut eam per Cracoviensis Diæcesis Paræcias circũferres, vastas illâ impleturus Regiones, quam in Te tantũ arctare cupiebas. Judicabat TARŁONIANI æstimator nominis Prælaturæ ambitus suæ fortunæ, Magnitudini Tuæ, utriusq; gloriæ se bene provisurum, si spectarent universi, quàm fortunatè & per Te Honor, & Tu grandesceres per Honorem: si tamen grandescere potuisti, qui TARŁONIANÆ gloriæ implevisti mẽsurã; ijsdẽ definitæ terminis, quibus orbis Europæus. Callidè Tecum videbatur egisse Honor, cúm Te per varia circumduxit climata, suam glorioso fastu, quâ per Te crevit, venditaturus magnitudinem, ostensurusq; orbi, eam altiùs humano fastigio surrexisse dignitatem, quam fecit eminere JOANNES TARŁO. Insuper ut sanctitatem suam cõmendatam efficeret universis, totius Diæcesis intulit Templis & Altaribus, dum ea Divinitus destinatus Hospes visitares. Sed minùs pro--

vidè

vidè prævidit Honor hoc ſibi lucrum profuturum ad detrimentũ, dum iſte Jlluſtriſſimi gloriæ Statoris motus, qui huic Honori ad ſummam ſuffragaturus erat eminentiam, ad alterius apicis profuit conſcenſionem, quo ſe faciliùs ad celſiſſima faſtigia potuit librare. Commodiùs nimirum ſcandi non poſſunt culmina, quàm ſi quispiam à longè opportuno libratus motu in illa deferatur. Idẽ Tecum evenit Præſul Jlluſtriſſime, nam cùm per Cracovienſem Diæceſim agitabas gradum ; majeſtuoſus hic tuus curſus ad ſũma Honorũ conſcendenda profuit faſtigia. Tunc primùm advertit Archidiaconatûs Dignitas ſe paſſam detrimentum, cùm ſummum agnovit lucrum, de Tua gloria, per orbis Regiones, ad ſui circumlata, commendationem. Nam Te tunc amiſit, cúm invenit viam ad ſui honoris faſtigiũ pertingendi, Te in ſuæ magnitudinis oſtentationem per univerſam commoſtrando Diæceſim. Dum nimirum ejus ſupra communes metas ampliâſti Honorem, magnitudine nominis univerſas implens Paræcias, poſtquã Te viderunt in Sarmatici orbis ſpecula conſtitutæ Præſuleæ Dignitates, invidere Te cæperunt Cracovienſi Prælaturæ, majoribus ſuis Aris optatiſſimum Antiſtitem vendicaturæ. Serò advertit Archidiaconatûs Prærogativa *difficilè cuſtodiri, quod multis placet*. Non intellexit hic Honor, cùm tantũ explicavit per Diæceſim theſaurum, Sacram populorum moturum ſe avaritiam. Aſt quatumvis in ſuæ theatro gloriæ ad publicũ univerſorum non oſtentâſſet Te ſpectaculum, cõgenita Tibi decorum prodidiſſet Te magnitudo qui in Canonico non poteras conſidere ſtallo, ni-

si supra humana assurgeres fastigia, & ab omnibus spectareris. Hinc licèt loqui Tibi nō poterāt remotiores Regiones, ut Te ad Honores invitarent, poterant videre, ut adorarent, & vel ipsa Te attollere præoptarent submissione. Videri enim poteras ab universis, qui cæli confinijs verticem inferebas, & cum sole Avitæ ASCIÆ splendores jungebas in obiectū continuum Sarmatiæ *Meridiem* accendens. Commodè proinde spectavit Te Kijovia, & in nativum sui climatis exarsit frigus, ac si illo desiderij flammas restingvente, in summum non flammescerent corda incendium, ut Te citiùs in refrigerium sortirentur. Sensit hos Clemens XI votorum ardores, sensit Regnator Augustus, duo terrarum Numina in Te unum ornandum laborârunt, & Pontificiæ Kijoviensi Cathedræ admoverunt. In arctiori Tuorum decorū magnitudine locavit Te Curuli Romana ac Polona Majestas, ut majorum spectare posset Honorū judicia pulchro per Te eminendi studio, certatura. O quàm gloriosum erat provocâsse Te ipsas Majestates ad curiosas noscendi curas, quo de Te conflictu decertarent Dignitates? Orbis Principum dignam spectaculo adornandā speraverunt scenā, in qua Ptotagonista Archipræsuleus, Antagonista Præsuleus Honor, de summo deciderēt eventu, quis scilicet in theatro dignitatum sit gloriæ clausurus scenam, Jllustrissimo hodierno Præsule suis insignibus Tiarato. Viderunt paria votis immortalis famæ ostenta, dum Archiantistitum Cruces, Antistitum Infulæ, vel pro Præsule Jllustrissimo, si victoriam sibi pollicebantur, vel de Præsule gloriosissimo, si metuerent superari acri

con-

contentione decertârunt. *Venit* quoq; in præliare Honoris theatrũ Tiarata Posnaniensis Dignitas, & quia *vidit* se fuisse Tuam Præsul Jllustrissime in *Bartholomæo ac Petro Tarłonibus* (quorum jam demortuorum vivum es compendium) *vicit* gloriosè, cùm se Tibi probavit appropriatã. Dedit huic scenæ applausum Roma, dedit Polonia, orbis judicia de Te sublimando consensêre, qui sublimandus orbis judicia merebaris. Si tamen sublimari hoc Honore potuisti, qui infra Te, seu infra Tua descendit decora, etiam quando supra Tuum Caput in Præsulea ascendit Tiara. Judicium meruisti *Angeli de Comitibus*, Angelus vitâ & moribus *Comes in Czekarzewice*, ne quid non sanctè de Tuis meritis decideret Sanctissimus, qui Sancta merebaris. *Innocentius* XIII Posnaniensibus decrevit ornandũ Te Infulis, qui & judicium ejus Romanæ respondendo expectationi, & Præsuleum Honorem, communem Antistitum excedendo gloriam, ornare potuisti. Is dignum Te provido promulgavit oraculo, cui non possint non cedere Tiaræ, quem Cœlites deciderunt dignum esse, cui non possint non credere, qui Numini credere sunt parati. Cum Pontificia *Innocentij* Majestate Regia *Augusti* Majestas Sancto conspiravit fædere, ad Te Posnaniensibus Tiaris coronandum. Et hoc Tibi summè honorificum accidit, quòd ab *Augusto*, summè magnificũ, quòd secundâ Senatoriâ Purpurâ orneris, neque minore Tuorum decorum præmiatore quàm *Augusto*, neq; minore prœmio, quàm iterato Senatorio dignissimus semper fuisti. Certâstis Præsul gloriosissime cum commendato perenna-

turæ famæ præconio Europæ Heroe Sereniſſimo *Auguſto*, ut ille præmijs, Tu meritis, uterq; magno curarũ impendio triumphũ vobis pararetis. Hoc Te ſuperavit *Auguſtus*, quód nolentẽ etiã Honoribus cumularet, hoc Auguſtum ſuperâſti, quòd ad æqualitatem Tuis meritis minimè provideret. Impares nimirum accipis ſummis meritis Dignitates, non quód congenitæ Sereniſſimi *Auguſti* metas ponere poſſis liberalitati, ſed quód Tuæ non poſſis ponere magnitudini. Tantus enim per meritorum creviſti auguenta, ut niſi Poloniæ ultra præfinitos Europæ fines dilatentur termini, non poſſis ulla amplitudine coarctari. Magnitudinis Tuæ ſume menſuram ex minore Tuis decoribus, majore etiam votis cæterorum Poſnanienſis Infulæ Honore. Tanta ejus nimirum eſt eminentia, ut ad illius etiam ij non aſſurgant celſitudinem, qui ſupra cæterarum ſublimitatem Infularum ſurrexêre. Tanta Poſnanienſis purpuræ prærogativa eſt, ut eâ decorandi etiam ij, meritorum erubeſcere videantur defectũ, ante quorum conſpectum reliquæ palleſcunt purpuræ, dũ non vano metuunt pavore, ne minùs dignæ rectefactorum in Purpuratis abundantia reperiantur. Diviſa nimirum cum ſuperis regnat Majeſtate, quisquis Pontificio adjunctâ Capiti Poſnaniæ Infulâ ſeſe coronavit. Etenim uno veluti è Solio Regnator Sarmatiæ & Antiſtes Poſnaniæ jura præſcribit populis, ille juſta, hic Sancta, uterq; optima; cùm & his Juſtitia, & illis Sanctitas ſubſcribat. Nec eadem deeſt populi multitudo, cui Sarmatiæ Auguſtus optimè præſit ut Regnator, cui Tu, Jlluſtriſſime Præſul, Lechiæ Gratianus, pro-

ſis

ſis ut ordinarius Paſtor. Quotquot enim cenſentur in Regno Provinciæ, in Provincijs Palatinatus, in Palatinatibus Territoria, omnia hæc, ad Tuæ ſublimationem in Jlluſtriſſimũ verticem Infulæ, ſuum caput ſubmittunt. Toties enim univerſa in compendio ſui Polonia & Litvania Tui juris erit, quoties ſui juris Domina eſſe præoptabit, dum ex liberi arbitrij præſcripto Varſaviæ decernet ſancita. Illud etiam ad hanc accedit fortunam, quòd ipſa Sarmatiæ in Sereniſſimo Auguſto Majeſtas Te ſuum ordinarium Præſulem recognoſcit, judicio decidente ſæculorum, nec alium Paſtorem tanto deberi Principi, nec alium Principem tanto Paſtori. Porrigis jam inde magnitudinis Tuæ menſuram, quando etiam illam infra Tuam dignitatem ponis eminentiã, quæ aliorum celſitudinem infra ſe poſitam intuetur. Non mirabitur ad tam excelſum Te proceſſiſſe, faſtigiũ, qui profundiùs rimari cæperit, quibus decorũ incrementis ad gloriæ verticem ſurrexiſti, adverteritq; tria in Te ſancto conſpirâſſe ſtudio, ut unũ Te perfectè efficerent ſummum. Primum etenim Jlluſtriſſima *Tarłoniana* Proſapia ad ſublimitatẽ attribuit gradum, nomen ipſum *Joannis* in ſummam grandeſcens magnitudinem ſecundum ſuperaddit, propria demum decora ad celſiſſimum gloriæ apicem eluctata tertium apponunt. Quorum ſi ſinguli ultra communis famæ eminentiam Jlluſtriſſimũ gloriæ Statorem attollunt, jam extra prodigium eſt, dum omnes in cœli provehunt confinia, ac ſuprema in ſtatione locatis admiſcent ſideribus, *Meridiem* orbi accenſurum, quem ſupra terrarũ convalles decora ſublimârunt. Pri-

num ante reliquos præconiorum decempedis metiemur gradum, ad eum obſequioſæ ſtudio ſvadæ eluctati, ex quo ſi decidui temeritatis impulſu prolabemur, credas Præſul Jlluſtriſſime prope illum ideo nos ſtetiſſe apicem, ut profundiùs ſub Pontificias plantas caderemus, noſtram audaciam damnaturi. Gradus hic extra terrarum viciniam cælis jam pæne porrectus, videri non poteſt, poteſt invideri, ea aſſurgens celſitudine, in qua promovenda ſæculorū negotia laborârunt. In tantā enim *Tarłoniana* Domus attollitur eminentiam, quantam nulla aviditas rerum culmina metiendi expectare valuit, nos poſſumus ſpectare. Ipſa ejus fundamenta in conterminam Aſtris aſſurgentia ſublimitatē, ipſa *Tarłonum* Aurora Sole illuſtrior apricante *Meridiem* accendens pro crepuſculo, ipſe primus ſurculus verticem porrigens Olympo in viciniā, ipſe primus latex in mare Senatorij ſangvinis glorioſo exundans incremento. Si ab antiquitate *Toporeanæ* Domus petemus encomia, ſummis debitam nominibus reperiemus novitatem, ubi orbi coætaneam agnoſcemus. Suam jam exuit fides obſcuritatem, cùm de *Starzonibus* fidei hiſtoricæ articuli claro aſſenſu credendi proponuntur. (*a*) *Toporeorum primordia in Regno impoſſibile eſt ob antiquitatem aſſignare, ſed una cum Lecho in has oras venerunt.* Accedit quoq; ad *Toporeanæ* antiquitatis panegyrim, quód in primo terrarum aditu ſorte naſcendi in Purpuras immigrâſtis Porphyrogeniti, quando Principem Familiarum Domum Veſtram Lechiæ in cultum proponentes, Comites *de Panigrodz, Łuknia, Xiąznę, Pilce,* *Cze-*

(*a*) Bielſcius & Okolſcius de Stemmate Topor.

*Czekarzewice*, & in *Tęczyn* Principes S. R. J. mitra Ducali inſignitos orbi dediſtis celſiſſimos ac à Boleſlai Chrabri temporibus ſemper ætates vixiſtis purpuratas. Nulla ſtetit Curulis, ſupra quā non conſideretis eminentes, nulla fulſit Tiara, quæ Veſtro *Meridie* pro gemmarum ſereno, nō reſplendeſceret, nulla rubuit Purpura, in qua Veſtra non erubeſceret Modeſtia. Quinimo reliquorum Honores, *Toporeorum* ſunt; nam ſi nulli cedunt ſine ſecuribus faſces, ſine faſcibus dignitates, *Toporeorū* ſunt honores, qui & univerſorū, vniversorū qui *Toporeorū*. Ante ſeptena ſæcula, quando vix prætextā exuit Polonia, Primatialem Purpuram induiſtis *Toporitæ*, quæ nō niſi in antiquis dierum Honorijs annorum maturitatem, vegetam meritorum ſenectam didicit inveſtire. Corregnâſtis Sarmatiæ Majeſtati *Starzones*, & ut verè corregnâſſe probaremini, ſuo nomine coronatum providiſtis, nempe Stephanū *Toporeū*, quē Primatē *Tarłonū*, in Honoribus ſuccedentia ſæcula recognovêre. Ornatus eſt ille Purpurâ, quā ſecūdò, Martyrij ſāgvis á Divo *Adalberto* Prædeceſſore suo fusus coloravit, ne deinceps decolor per tot ætatū spatia murex appareret in *Tarłonibus* qui expectabātur *Stephano* ſucceſſuri. Eminuiſtis etiā Regū ſuppares Majeſtatibus *Starzones*, quādo inter duodecī Palatinos Regni Lechiæ moderamina in veſtro *Toporeo* ſuſcepiſtis; obligâſtis in eo Poloniā vobis, quæ viciſſim vos Purpurâ obligavit, ſuæ Majeſtati, dignitati *Toporeanæ*, utriusq; gloriæ proviſura. Augent Dignitariorum in *Toporeana* Proſapia numerū *Lambertus* & *Nankierus* Cracovienſes, *Mathias* Poſnanienſis, *Mathias* & *Zbi-*

*lutus* Cuiavienses Præsules, quos optimos SANCTITAS elegit, Probitas fecit. Magno numero Dignitatum præfuistis subjectis vobis populis Jllustrissimi *Starzones*, majori tamen computo gratiarum universis profuistis: ex innumeris documẽtis unum numero, quod quia magnũ est, omnibus ætatibus in præconij materiam arbitror suffecturum. Debet *Toporeana* Domus Divinissimo Benedicto, quód Filijs suis attributum acceptaverit beneficium (magnum nimirum munus Superum est, quòd munera nostra habere velint in acceptis) debet Benedictus *Toporeanæ* Prosapiæ, quòd dederit, debet utriq; Polonia, quod ex sparsa in alios ac suscepta gratiarum semente, suos, eosq; uberrimos fructus in suũ possit derivare emolumentum. Ex *Sieciechoviensi* etenim ac *Trzemesnensi* Monasterio, quod *Toporeanæ* ASCIÆ assurrexit labore, veluti è collibus æternis cælitus per Benedicti Filios evocatæ in populorum usum gratiæ demittuntur. Vestræ hæ sunt Dignitates Jllustrissimi TARŁONES, quæ *Toporeorum*, Vestræ gratiæ in usum profusæ Patriæ, Vestri splendores à *Starzonum* ASCIIS in *Meridiem* accensi, cui jam adoratricẽ damus pupillã.

# M E R I D I E S

A Sacris Ecclesiæ & Patriæ Luminaribus

*In Jllustrissima Domo TARŁONUM fulgẽtibꝰ*

A C C E N S U S.

Aude calame

Si *minus habens* gravis fueris magnorũ honori

Maturè plumarũ levitas te subducet (nominũ,

Avolabis !

Ne

Ne cúm imparia meritis notaveris,
Parem audaciæ pænam perſentiſcas:
Adde geſtis atramenti umbram, ut clareſcant,
Nova accenſurus luminaria,
Poſtquam omnia Soles Sarmatiæ accenderunt
TARŁONES.
Exara elogia eó faciliùs,
Quò difficiliùs in Te repereris exaranda:
Nã cũ arduũ eſt dignũ magnis nominibus quærere
Non arduũ eſt in eis invenire; (præconiũ,
Tunc enim ipſa nomina elogia ſunt.
Quinimo
Tam difficilè *Tarłonibus* attribuendum reperies
Quàm facilè illi ſibi reperêre, (elogiũ,
Et priuſquam ab alijs acceperint, habuêre;
Sua nempe ſẽper fuerũt panegyris;
Cùm enim nomina ſcribuntur *Tarłonum*;
Suis nominibus ſcribunt Panegyricum;
Quibus cõmunis jã gloria eſt fuiſſe glorioſiſſimos,
Infimus videtur eſſe honor fuiſſe ſummos:
Ita ſibi domeſticam habent gloriã & magnitudinẽ!
Orbis Poloni conſule judicium,
Vel ipſa ejus loquetur infantia,
In primis *Tarłonũ* incunabulis perfectè maturu-
In minima ætate, (iſſe decora
Orbis capacitate metiẽdã arctatã eſſe magnitudi-
Primũ documentũ eſto in ſecundo dignitate, (nẽ.
Meritis primo Senatore inter Poloniæ Purpuratos
*Paulo Tarło* Archiepiſcopo Leopolienſi,
Ut qui Pontifices *Tarłones* præivit honore,
Eum obſequioſa panegyris primum ſequatur.
Hic ut ſuæ gloriæ daret patheticam ſcenam,
Dedit illuſtriſſimam,
*Meridiẽ* accẽdẽs vel in primo ætatis crepuſculo,

Augensq; in decursu luminaria ,
Quæ augeri posse non approbâsset orbis,
Nisi in *Paulo* probâsset.
Si dubites hunc unum egisse Solem,
Trinum egisse ne dubites (*a*)
Quo uno extīcto trinū Cynthiū accēdi oportebat.
Ut brevi compendio ejus laudes concludam,
Multū dicā, parum tamen ad mensurā dignitatis:
Ea egit, quæ agenda à Superis nemo ausus fuisset
Nisi acta à *Paulo* didicisset (postulare,
Spectavit hæc decora *Petrus Skarga*
Et ad suam respexit felicitatem,
Quam derivare posset à *Paulo*;
Cui si non fuisset suppedaneus,
In Regijs eminere non potuisset Rostris
Triginta annis triū Regnatorū Concionator.
Succedit *Paulo* honore minor , par meritis
*Andreas Tarło* Canonicus Cracoviensis,
Hic unum sibi præscripsit Canonem ,
Nullum virtutis Canonem proscribere.
Ad Statorē jam *Tarłonianæ* gloriæ venit svada
*Stanislaum Tarło* Episcopum Præmisliensem ,
Hic,
( Si cum Divo Cracoviensi Præsule fiat collatio)
In uno defecit,
Quód scilicet ōnes haberet suæ virtutis amatores,
Cracoviensi Præsuli nō defuit unus osor *Boleslaꝰ*
*Bartholomæus Tarło* Episcopus Posnaniensis
Frater Tuus Jllustrissime Præsul,
Cujus gressus Neo-natus Christus, qui corde por-
Regebat (*b*) (tabatur
Hic Sanctitatis fuit idea prodigium Sapientiæ:
Quas dotes quia occultare voluit,
Dignum erat contegere eas Pontificio Triregno;
Et

(*a*) *Ut dictum supra post mortem Jllustrissimi Pauli tres Soles apparuerunt.*
(*b*) *Jllustrissimus Bartholomæus Tarło Cathedram Varsaviensem ingressus est die nativitatis Domini.*

Et contexiſſet forſitan,
Niſi jā dignæ fuiſſēt etiam cæleſti cidari coronari
*Petrus Tarło* Epiſcopus Poſnanienſis,
Poſt Jlluſtriſſimi *Chriſtophori* Virtutū ſidera,
In Vladislavienſem Polum translata,
Solis præluxit ſerenitate, ſed brevi deſitura in
lacrymarum. (imbres
Luge Polonia eo Tibi accepto,
Quo dato ſibi Polus lætatur.
Pium eſt in tanta proſperitatis jactura
Etiam Superis adverſari,
Cœlitum gaudijs lacrymas opponendo,
Quomodo tantam jacturā unione non penſabimus
lacrymarum?
Quomodo non rigabitur undis pupilla
Cùm ſpes noſtra areſcit?
Quomodo lachrymari deſinemus illo mortuo?
Qui nunquam vivus lacrymas voluit,
Niſi quas ſudêre ſcelera
In ignes pietatis accendenda.
Deſinere non poſſumus lugere,
Quia nunc cæpiſſe nos arbitramur.
Nempe poſt optimorum finem,
Semper eſt initium doloris!
Hoc anno, quem agimus,
Egiſſe *Petrum* animam opinamur,
Ac cum pluribus ingemiſcimus ætatibus:
*Ite plæ* g*V*t*tæ pa*LL*entes* CV*rr*I*te r*I*V*I
I*n* D*o*MI*t*I*s* (*a*) lachrymis palpebra mersa luat
VI*ta f*V*g*I*t* Mor*t*I*sq*V*e feræ* LVC*rata*
(DoL*ores* (*b*)
Damna refert *Petri* nos quatit inde dolor.
Dira Lacheſis percuſſit petrā, & fluxerunt aquæ
Lachrymarum!



(*a*) *Bahuſius l.* 1. *pag:* 5. (*b*) *Statius l.* 10. *Thebaid. n.* 315.

O quomodo orbi nocuit Polus, dum prodesset
In unum *Petrum* omnia decora transferendo,
Ut eum orbi eriperet, orbem orbi erepturus
Compendio omnium decorum sublato.
Horruimus ea fata, quæ non vidimus;
Expalluimus ad mortis imaginē, quā nō specta-
Quæ *Petro* clausit oculos, (vimus,
Ut nobis aperiret ad profluvia lacrymarum.
Occiduo Sole *Petrum* rapuerunt fata,
Ne Sol esset testis illorum impietatis;
Cùm tenebrescerent omnia,
Ut diu tenebræ essēt, magnū subduxerūt luminare;
Sed eluxit subitò impietas,
Cùm jam lumen Poloniæ non apparuit.
Nocte ivit *Petrus* in diem æternitatis,
Domesticum nimirum cœlum habuit,
Cujus detulit claves,
Etiam noctu redire permittendus.
Securè in tenebris inivit viā ad luminūPatriā per-
Nā non multum á cœlo aberat, (recturus,
Qui á cæna digressus, ad cœlum pervenit
Æterna usurus quiete.
Nox tunc fuit, cùm extinctus est *Petrus*,
Nam diem Astris accendit.
Maturitate annorū *Joannes* præcucurrit *Petrum*,
*Petrus* tamen prius intravit monumentum.
Nempe de Ioanne dictum, sic *eum volo manere*.
Reddit Polus *Petrum* in *Joanne*,
Et ne reddere discredas
Audi Evangelium de hujus temporis Præsule:
*q*VI*a t*V *es* PetrVs & *s*V*per hā*C *petra*M
*æ*DI*f*IC*abo* *Matthæi 16. v. 18.*
Scilicet Ecclesiam Posnaniensem
ME-

# M E R I D I E S

A Senatus ſæcularis ac Equeſtris ordinis ſideribꝯ
*In Jlluſtriſſima Tarłonū Domo ſplēdeſcētibꝯ*
G E M I N A T U S.

Taceant faſti antiquitatis facta,
Ut ſua ſint facundiores taciturnitate;
Nam quousq; ſilebunt,
Orbem actorum habebunt Auditorem;
Dū loqui vocaliùs incipient, incipient non audiri,
Cùm vocalior gloria inſonabit *Tarłonum*:
Decreſcunt nimirum Prædeceſſorum acta,
Per ſuccedentiū decorum, in Poſteris, incremēta.
Quicunq; olim maximus ſtabit,
Supra communē noſtri ævi gloriam non aſſurget,
Deſcendet verò infra *Tarłonum* magnitudinem.
Quis enim prior decorū gloria apparebit
Primis de *Zaklika Tarłonibus*,
Qui ut omnia ſūma decora facerēt ſibi familiaria,
Domeſtica ſibi fecerunt.
Proximi ijs eminebant
*Neorius* & *Joannes Tarło* Palatini Sandomirien:
Qui ipſis Divinis collibus ſubmiſerunt verticem,
Ut humanis faſtigijs attollerent celſiorem.
Hos tempore poſteriores, gloriæ curſu pares
Subſequuntur duo *Joannis* nomine gratioſi
Sandomirienſes, duo Lublinenſes Palatini,
Ac *Petrus*, *Alexander*, *Stanislaus*, *Carolus*, *Ada-*
Palatini Lublinenſes, (*mus*
Patres Patriæ, Sarmatiæ delicium.
Inter hos novem Palatinos
Cœlos tam numero, quàm decorum celſitudine
*Petrus* & *Joannes* (æquantes,



Pri-

Primus Avus, ſecūdus Parēs Tuus, Jllme Præ-
Hic Sādomirienſis, ille Lublinenſis Palatinus, (ſul,
Ac tertius *Stanislaus* Patruus Tuus
Palatinus Lublinenſis,
Nō contenti, quód ſingula ſummorum haberent
Habuerunt ſingularia, (decora,
Quibus Patriam,
Quam invenerunt glorioſam, glorioſiſſimam fe-
Alluxerunt his luminaribus (cerunt.
Decorum & ſignatricis gemmæ ſplendore
*Carolus*, *Andreas* & *Nicolaus*
Cancellarij Regni,
Quibus ſi addas
*Sigiſmundū*, Bełzen: *Alexandrum*, Zavichoſtē:
*Sigiſmundum* alterum, Præmiſlienſem,
*Ioannem Carolū*, Wiſlicen: *Ioannem*, Radomien:
Caſtellanos,
Aut Poloniam in aſtra deduxiſſe eos,
Aut adduxiſſe Aſtra in Poloniam arbitraberis,
Tantis ſideribus Sarmatiam fecêre coruſcantem!
*Andream* & *Hieronymum Tarło*
Virtus purpura fecit dignos,
Modeſtia,
Ubi ad oblatam Sandomirienſē Purpurā erubuit,
Se profeſſa purpuratam, recuſavit.
Timuerunt nimirum invicti alioquin Heroes,
Ne animum exuerent, muricem induendo.
*Nicolaus Tarło* Pincerna M.D.L.
*Stanislaus Tarło* culinæ Regni Præfectus,
*Ioannes Tarło* Inciſor Regni,
*Michaël Tarło* Colonellus,
Hanc habent laudem,
Quód ita ſint omni præconio digni,
Ut nullum ſit dignum illis præconium.

*Caro*

*Carolus Tarło*, Stężycen: *Franciſcus*, Vielunen:
*Stanislaus*, Sochaczoviē: *Sigiſmundus*, Pilznen:
Capitanei
Pulchra dederunt ac dant Patriæ ſpectacula;
Non daturi paria,
Niſi ſe ipſos dediſſent in ſpectaculum.
Crevit ſupra laudum menſuram
*Ioſephus Tarło* Capitaneus Goſzczynenſis
Qui cúm Polonorum Regnū decoribus impleviſſet
Eadem regno, Polorum intulit,
Nec tamen extulit è Polonia,
Cùm in *Adamo Tarło* Capitaneo Goſzczynenſi,
Ac in *Michäële Tarło*, Filijs ſuis, reliquit.
Quorum primus in Ariſtotelica arena
Ingenij acie triumphans,
Alter in rudimentis ætatis ac ſtudiorū, decoribus
In Patriæ creſcunt columina. (perfectus,
Claudit tandem Procerum coronam
*Ioannes Tarło* Palatinides Smolenſcenſis,
Gratijs hic conſignans nomen,
Toto ſinu recepit Gratias, ut daret.
Si ad *Tarłonianæ* Domus reſpicias Heroes,
Tot miraberis,
Quot orbi ſuffeciſſent in libertatem aſſerendo,
Si manus dediſſet ſervituti.
Quos enim non protexiſſent ſuis nudatos præſidijs
Septem Prætoriana vexilla
Unicæ *Bipennium* Familiæ,
Septem, bella gerentis mundi, miracula
Sub Ludovico Hungaro patefacta.
Quis ad numeralem ordinem reducet *Tarłones*
*Nicolaos*, *Andreas*, *Petros*, *Ioannes*,
*Paulos*, *Adamos* aliaq; ſexcenta nomina
Belligeri orbis Numina.

Venit ex millibus electus unus
Omnibus in documentum suffecturus
Jllustrissimus *Ioannes Tarło* Palatinus Lublinen:
In Toga & Sago clarissimus,
Qui,
(Ut primúm Togati decora elucescant)
Bis Regni Tribunalis Mareschalcus,
Semel hanc sibi præscriptam legem,
Ne proscriberetur Justitia,
Semper cordi impressam servavit.
Heroicos ejus ne quæras spiritus, sed intuere:
Martis priùs respiravit halitu,
Quàm suo
Minimè audebunt Hostes quærere aliena in Po-
Dū Tātus invenitur Propugnator, (lonia,
Ne se amittant.
Vivat hic Heros invictus diu,
Ut sit Patria diu fortunata.

# M E R I D I E S
## A sereno colligatarū *Tarłonū* Domui Familiarū
## A C C E N S U S.

Summorum siderum est elogium,
Posse accendere splendorem in Serenissimis,
Et ijs dare apricum,
A quibus accipere etiam soles possunt.
Hæc sidera in Jllustrissimis *Tarłonibus* elucescūt,
Qui ut ipsi mutuò acciperent,
Serenissimis dederunt lucem,
Cùm Poloniæ Majestatum splendoribus
*Michaëlis* I, ac *Joannis* III,
Sua conjunxerunt luminaria,
Quæ divisa etiam integra permansissent.

Et

Et orbi suffecissent in luminū Patriam serenādo.
Intensiori sereno ardere jam non poteratis,
Terrarum Soles Jllustrissimi *Tarłones*,
Nisi etiam ea extingveretis luminaria,
Quæ ipsa terrarum accēdit Serenitas,
Serenioribus, quia cæli sideribus paludati,
Quorum siderum umbra est,
Quidquid terrenus fulgor in Solem accendit.
Fulgetis namq́; etiam Divorum radijs,
In Divinissimo *Stanislao Kostka*,
Cui Vestri sangvinis communicâstis splendorem,
Ut eum à *Kostka* haberetis derivatum.
Elisabethâ enim de *Sztemberk Kostkanâ*
*Sigismundo Tarło* Castellano Præmisliensi,
*Joannâ Kostkanâ Alexandro Tarło*,
Palatino Lublinensi
Connubiali juncta vinculo
In Divi Stanislai sangvine vestrā tinxistis purpurā:
Ut posthac cum Divo Kostka
Sangvinis nexum haberetis perfectum,
Trinum habuistis,
Cùm *Theophilam Tarłoniam*
Dedistis *Georgio Lubomirio*
Mareschalco Regni & Exercituum Duci,
Qui ex Sophia Kostkana
Cœlis debitum accepit decus.
Si in alia cognato sangvine conjuncta fastigia
Adoratricem attollamus pupillam,
Primi eminebunt Celsissimi Duces *Czartoryscij*,
Ex quorum Celsissima Prosapia
*Annam Czartorysciam* Palatini Wołhyniæ filiā
Matrem Tibi, Præsul Jllustrissime,
Cælites destinârunt,
Ne humile quid de Tua cogitare liceret sublimi-

Quam tantæ Prosapiæ attolleret celsitudo.
Celsitudinis hujus Domus porrigit mensuram
Flos supra cedros assurgens Libani,
*Florianus Czartoryski* Primas Regni,
Qui binis ad Majestatem decorus Mitris,
Bis Celsissimus,
Tribus ad fulgorem insignitus Tiaris,
Ter illustrissimus,
Et cœlis vicinum verticem importavit,
Et perfecta terris accendit luminaria.
Habet bis Principes Magni Floriani exuvias
Minima Societas JESU, Varsaviæ,
Quas parentalibus inspergit lacrymis;
Et cũ non possit Floriano diuturna optare sæcula,
Optat æterna.
Habet Polonia, quod amisit,
Nam dum cælis dedit Florianum,
Accepit in Celsissimo Jllustrissimo,
*Casimiro* Principe in Klewan Czartoryski
Procancellario M.D.L.
Fratre Tuo Jllustrissime Præsul,
Qui genuinum Floriani prototypon
Decorum penicillo adumbravit.
Hic est, qui nullum non movet lapidem,
Ut Patriæ stabiliat incolumitatem,
Universorum securitatem firmet.
Ille veluti Domesticam familiam
Cum Celsissimo Floriano nactus minimã Societatẽ,
Fovet eam in necessitatibus ut Pater,
Sublevat in casibus, ut Celsissimus,
Serenat in ærumnis, ut Jllustrissimus.
Qui longam vivere non potuit vitam *Florianus*
Jam vivit immortalem.
Tibi Jllustrissime Procancellarie
Et longissimos annos,

Et

Et æternos consignet cœlum,
Qui æternum decus Poloniæ in Tuis meritis,
Summum ornamentum in Filijs
Post sera relinques fata.
Vives Sarmatiæ
In Celsissimo Principe *Michäële* Czartoryski,
Castellano Vilnensi,
Qui, ut Tua perennent rectefacta,
Æternitate pensandis decoribus providebit;
Æternis sæculis commensuranda exiges lustra,
In Celsissimo Principe *Alexandro* Czartoryski,
Equite Melitensi,
Qui Tuis perennaturis meritis providebit securi-
Cúm suis ea stipabit rectefactis. (tatem,
Æternaturas vives ætates
In Celsissimo Principe Theodoro Czartoryski
Cracoviensi Canonico,
Præposito nominato Ecclesiæ Cathedralis Plocēsis
Duce Sielunensi,
Qui Poloniam hodie præsentat Romæ,
Romam postmodum Poloniæ præsentaturus,
Cùm Pontificijs dignum Triregnis verticem
Archipræsuleis, ac Præsuleis coronabit Tiaris.
In *Sapiehanā* Domū dū īmortalis famæ ivit passu
*Elisabetha Tarłonia* Soror Tua Jllustrissime,
*Benedicto Sapieha* Thesaurario M.D.L.
Data in perenne amicitiæ depositum,
Cum sūmis *Sapiehanæ* Domus stetit decoribus.
Magnū attribuit decus Anna Tarłonia,
Cùm Jllustrissimo *Ioanni Cetner*,
Palatino Smolenscensi,
In Socialem data Laviniam
*Cetneriani* nominis gloriam,
Quæ cum summis suam divisit magnitudinem,

Et integram retinuit,
Veſtræ conjunxit Proſapiæ.
Stabilivit perēnaturū nomē *Conſtantia Tarłonia*,
Jlluſtriſſimo *Ioſepho* de Magna Kończyce Comiti
*Mnißek*, Supremo Regni Mareſchallo
In vitæ ſociam juncta,
Cùm *Tarłonianæ* Domui ea ſociavit decora,
Quæ per univerſum diviſa orbem
Collecta tenent *Mnißkowij*.
Quantum gloriæ proventum collegiſtis *Tarłones*,
Ex *Mnißkowiani* pretio ſangvinis,
Vel unius Jllmi Mareſchalci decora æſtimate:
Ejus dotum valorem non dum aſſequitur,
Quidquid humanam exceſſit æſtimationem.
Ille eſt, qui dignus erat,
Regnatores Poloniæ anteire,
Suo humanior nomine *Barbara Torłonia*,
Quā á *Tarłonum* Proſapia accepit magnitudinē,
Nova penſavit acceſſione,
Cùm Jllmo Franciſco *Szembek* Dapifero Regni
Connubiali juncta vinculo,
*Szembekianam* gloriam *Tarłonianæ*,
Glorioſo adſtrinxit nexu.
Quantū *Tarłonianis* purpuris miſceāt ornamēti
Principes florū *Szembekorum* Roſæ
Primatialis Celſiſſimi *Stanislai Szembek*,
Nec non Præſuleus
Jlluſtriſſimi *Chriſtophori* Cujavienſis Antiſtitis,
Et Jlluſtriſſimi alterius *Chriſtophori*
Varmienſis Nominati, Principis Sambienſis,
Explicat Murex.
Allucet quoq; *Tarłonianæ Aſciæ* ſuo ſereno
Jlluſtriſſimi *Joannis Szembek*
Cancellarij Regni ſignatrix gemma,

Hic

Hic faſtos æternitatis jam factis impleviſſet,
Si quæ ſcribenda de *Joanne*
In ſummorum præconijs leguntur,
Legēda, cū novorū decorū acceſſione, ſcriberētur.
Tinxiſtis Purpuram Jlluſtriſſimi *Tarłones*
In purpurato Lubomirſciorum Srzeniawa,
Cū Jllmo Georgio Lubomirſki Succamerario Re-
Jlluſtriſſimam *Tarłoniam* (gni,
Connubialibus vinculis obligâſtis.
Stellas numerare poterit,
Qui voluerit computare ſidera,
Quæ Jlluſtriſſimæ accenderunt Proſapiæ
*Wiſniowiecciorum*, *Korecciorum*, *Sanguſkorū*, *Radiwiliorum*, *Oſtrowſciorum*, *Potocciorum*, *Sieniawſciorum*, *Oſſolińſciorum*, *Leſczyńſciorum* *Denoffiorum*, *Opaliniorum*, *Przebendowſciorum*, *Chomętowſciorum*, *Goździorum*, *Poniatowſciorum*, *Ponińſciorum*, *Brezarum*, *Bnińſciorum*, *Mielżyniorum*, *Zalewſciorum*.
Hæc per ſingulos ſparſa decora,
Cùm in Te collegiſti unum,
Romano deſtinatus è ſolio in Tuam Cathedram,
Non ſolitarius proceſſiſti,
Quem etiam prodroma præivit lætitia,
Vocalis plaudentium ſubſecutus eſt concentus,
Ad jubilos una, altera ad cantus,
Utraq; ad applauſum Dominica animavit (*a*)
Ipſe Te ſibi attributo die promulgavit Præſulem,
Ut diſceremus, (Mercurius,
Non niſi inter Deos quæri debere Nuntios,
Ubi is prænuntiatur præfuturus,
Quo inter homines non ſurrexit major.

L Ple-

(*a*) *Expeditio Romana pro Jlluſtriſſimo venit Varſaviam poſt Dominicam Iubilate, ante Dominicam Cantate, Die Mercurij.*

Plenæ Cynthiæ alluxit Serenum (b)
Cũ terreni Jovis inaratus diphteris ad nos ferebaris,
Ut intelligeret orbis ad Tuũ accẽdendũ *Meridiẽ*
Omnia sidera incepisse laborare.
Felix est jam Te Præsule Varsavia,
Qui Te felicem non agnoscis,
Nisi miserorum agnoscas infelicitatem,
Ut illi jam amplius non agnoscant suam.
Felicem se etiã profitetur minima Societas IESU,
Quæ à magno *Joanne* paribus nomini gratijs co-
Tiarâ coronatum colit *Joannem*, (ronata
Ac applausibus attollere studet eum,
Qui supra universa eminet præconia.
Vota proinde eò attollimus,
Quó non possumus encomia promovere,
Ut Posnaniensium Nestorum vivas ætatem,
*Jordanos Theodoros* annorũ numero superaturus.
Non fuit in votis
Illustrissimorum Procerum *Tarłonum*
Oratorijs periodis integrã definire magnitudinem,
Quam vix orbis termini possunt circumscribere,
Novimus enim injuriosũ esse eis dignũ quærere
Quibus, ut ipsa encomia sint digna, (encomium
Quærunt viam, nec inveniunt:
Attamen
**sIfVIt hIC anIMVs**
**nobIs (peto) parCIte**
**DIVI.** Ovid: l. 1. Trist: eleg. 2.

(a) *Sub ipsum plenilunium venit expeditio Romana*